in eventu morti successoribus illius ut praemissa debite
exequantur efficere, Illi sub vadio summae Duorum
Millium florenorum polonicalium per eundem Recogno
scentem sive eius posteros suprascriptae Gnosae Sedzicka
eiusdemque successoribus, ob non satisfactionem eiusdem con
tracti sub Standicte, vel in eventu mortis successoribus
illius, pro tempore superius expressis ad solvendum succum
bendo. Pro quo quidem vadio modo modo praemisso ad sol=
vendum succubito, ac pro reliqua principali ex praemissis
non completa complenda Citatus existens. memoratus Recognos
Gnosus Mathias Dasinski olim Gnosi Felicjani Dasinski cum
Gnosa olim Zophia Nasielowska procreatus filius suique
Successores, Ad Instantiam praefatae Gnosae Reginae de Sienno
Gnosi olim Vilhelmi Sedzicki Consortis derelictae viduae vel
eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Praemysliense, Sectione recessu suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium profatum luere
Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit
et tenebitur, seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes, facit eiusdem Terminos
semper peremptorios semper peremptorios veta Infirmitate
pro maiori, minorennitate successorum legatione intra vel ex
tra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem vel alijs
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad
Quietationes ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemy
sliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque moti
ones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac prae
missa omnia poenis simplicibus vel duplicatis occasionibus

suspensionibus

1066

suspensionibus, fatalijs Iuris præscriptione Terrestri Bello Conuentioneq; ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo, Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Morawicki Drohoiowskie Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitan. Præmyslien. Nobilis Joannes Morawicki Sanus mente et

1044 Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti verò Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc actiuè se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando ac subijciendo palam libere publicè ac per expressum recognouit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq; pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat præsentibus. Scriptum certum manuale, per se Recognoscentem in rem et manus Dñi Christophori Thomæ à Drohoiów Drohoiowski Vexilliferi Terræ Præmysliensis ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ die hodierna in actu contenta confectum conscriptum datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadijsq; Ligamentis, ac rebus in vniuersum omnibus, eidem Dño Christophoro Thomæ à Drohoiów Drohoiowski ipsiusq; posteris firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibusq; et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus et contentis, tam in toto, quam in quauis minima parte, toties quoties opus fuerit satis facere, scriptumq; præfatum manuale ad Inscriptionem præsentem Roborationem et Inscriptionem per præsentem roborationem, ad prædictum scriptum manuale vi-